

alacritate vestris volumus [a] obtemperare mandatis. Tunc **comes** animi nobilitatem [b] gerens, quae pura est [c] et pretiosior auro, stans in medio consilii, et infit [d]: **Viri**, « fratres, domini et commilitones mei audite, et cordibus verbatoris nostri percipite. « Nostrum et omnium rerum **Creatorem** obtestor, quod non pro auro **et** argento, sed « pro honore domui nostrae [e] adipiscendo venimus. Videns vos, quasi navim in me- « dio maris positos, **huc** accessimus; at quia pervenimus [f] ad vos, **devotissimam** in « vobis humilitatem reperimus, et subiectionem prompte **et** sponte factam, fidelita- « tem vestram nostro notario suspicere vidimus, et portarum claves in nostris de- « distis manibus [g]; idcirco vos ab omni nobis promissione facta absolvimus et liberos « esse dimittimus. Tantum memores nostri estote ». Illico **comes**, manus ad sydera tollens ait: « Plaudite vos, vestras **et** in oratione manete [h], et audite:

*Qui caeli fabr. a. q. o.  
o. = Sedul. I 61 Rue-  
mer*

*P.v. W.*

« Exaudi me, quiesco, Deus Salvator Iesu, *et magnis solerat nominis sonis magnis solerat nominis sonis*  
*qui non ut magnis solerat nominis sonis magnis solerat nominis sonis*  
 « Qui cœli fabricator ades, qui conditor orbis,  
 « Qui nomine magnis solum, sed vilibus, inquam,  
 « Disponis rebus bene consistencia cuncta;  
 « Omnia nam, quaecumque velis, facis ordine summo.  
 « Cuique subest posse [j], fuerit cum prona voluntas,  
 « Ast ubi deest velle, fugiet procul utique posse;  
 « Sic ubi adest velle, properat ibidemque posse: *ibidemque posse* *P.v. W.*

« Tu civitatem istam circumda, Domine, et Angeli tui custodiant muros ejus. Aver-  
 « tatur, obsecro, Domine, furor tuus a populo tuo, et a civitate tua hac. Tuo inex-  
 « pugnabili muro circumcinge eam, Domine, et armis tuis potentiae protege eam  
 « semper, Deus noster, qui coelorum contines thronos, et abyssos intueris Domine,  
 « rex regum, qui montes et terram palmo concludis. Non enim in justificationibus  
 « nostris prosternimur ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. O fratres,  
 « domini et commilitones mei, indico vobis, quid sit bonum [k], aut quid Dominus  
 « requirat a vobis [l] facere judicium et justitiam, et sollicite ambulare [m] in viis  
 « ejus [n]. Sperate in Domino, et facite bonitatem, et cavete vos a pharisæorum

*M  
L ponderas*

[a] *vestris volumus*, C. V. In C. M., *vestre*; quod erratum ita crassum est, ut soli amanuensi tribui possit. — [b] *animi nobilitatem*, Codd.; *cum nobilitate*, aliis legunt. — [c] *quae pura est*, Codd. V. et M.; non *pacta*, ut aliis visum est. — [d] *consilii et infit*. Sic Codd. — [e] *domui nostrae*. Sic lego in Codd. V. et M.; in aliis, *domus vestrae*. — [f] *at quia pervenimus*, C. V.; Cl. Mitt. legit *et*, pro *at*. — [g] *in nostris dedistis manibus*, C. V. In C. M. verbum *dedistis* sic evanuit, ut non bene appareat. Hinc vel dederat, vel *detineri* nonnulli eliciunt. — [h] *vestra in oratione manete*. Sic C. M., in quo tamen pro *vestra* vitiouse legitur *vestras*. In C. V. *vestra et in natione manete*. Cum Cod. M. autem concordat C. A. — [i] *Qui nomine magnis*. Sic Codd.; sed fortasse, pro *nomine*, substitendum, *non ut magnis* etc. — [j] *Cuique subest posse*. Sic Cod. M: At versus hic et subsequentes non servant quantitatatem poeticae, sive id culpa auctoris, sive amanuensis fuerit, ignorantiae illius temporis condonandum. Tunc enim sonus potius, quam numerus attendebatur. Facile tamen ad numerum redigi possunt, mutata tantum verborum collo- catione, sic:

*Posse cuique subest, fuerit cum prona voluntas  
Ast ubi velle deest, fugiet procul utique posse.*

Ultimus mutandus esset omnino; nec sufficit variare verborum collocationem. — [k] *quid sit bonum*, Codd. M. et V.; non *quod est bonum*, ut quidam legunt. — [l] *requirit a vobis*, Codd. M. et A. In C. V., *requirit a nobis*. — [m] *sollicite ambulare*, C. M. et Cl. Mitt. In C. V., *ambulate*. — [n] *in viis eius*, Codd. M. et A.; *in viis Domini*, C. V.